Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Flumina labuntur placidæ de montibus undæ
Littora commiſcent. defleto hic marmore multum
Fulcta midam moneo qui præterit eſſe ſepultum.
Innituntur aūt Simonidis teſtimonio: qui uituperare uidetur cur tantas laudes in eius ſtatuam tāto uerborum ſtrepitu congeſſerit: ut eā indeficientibus omnibus uernis floribus: ſoliſque flammis: & aureæ lunæ & æquoreis ūdis comparauerit: ipſumq; Cleobulum aperte fatuum appellabat.
Quis lindium cleobulon efferret laudans:
Fluminibus & uernis roſis obiicientem
Flammæq; ſolis aureæq; lunæ
Mariſq; uorticibus columnas & robur
Infra ſunt quoniam cuncta cæleſtes diuos.
Lapides enim mortalium manus frangunt.
Hoc nempe conſilium uiri eſt parum ſani.
Vnde conſtat Homeri illud non eſſe: qui multis annis Midā præceſſit ut aiunt. fertur in cōmentariis pamphilæ ipſius huiuſmodi enigma.
Eſt unus genitor nati bona pignora bis ſex.
Triginta cuiuis natæ ſed diſpare forma.
Hæ niueæ aſpectu nigræq; coloribus illæ.
Atq; immortales omnes moriuntur ad unam.
Vnus pater eſt: iſq; duodecim filios habet: eorꝝ ſingulis. xxx. ſunt filiæ: pulchra ſpecie & uaria: aliæ nanq; ſunt candidæ: aliæ nigræ: imortales uero ſunt: & moriuntur oēs: eſt autem annus. Sunt & iſtæ ex ſententiis illius celebres: imperitia in hoībus maiori ex parte dominatur: & multitudo uerborum. Sed tempus ſufficiet: ſentire atq; ſapere illuſtre aliquid & iclytum ſtude inanis. Et ingratus ne ſis: filias nuptui locari oportere ætate uirgines. Sed prudentia & ſenſu mulieres: docens per id uirgines quoq; erudiendas eſſe. dicebat amicos beneficiis fouendos ut amiciores ſint: inimicos aūt amicos faciendos. Cauendā enim uituperationē amicorum: inſidiaſq; inimicorum fugiēdas. Illud item anteq̄ domo quis exeat: q̄d acturus ſit apud ſe pertractet. Rurſus cum redierit: quid egerit recogitet: conſulebatq; corpus rite exercendum: audiendi magis q̄ loquendi ſtudioſum eſſe oportere: intentum ſtudiis potius q̄ imperitum: linguam habere laudabilem: ꝓprium uirtutis eſſe alienum a uitio: iniuſtitiam fugere: ciuitati ea conſulēda quæ ſunt optīa: uoluptatem frenandam: ui nihil agendum: erudiendos liberos: inimicitias ſoluendas: cum muliere neq; blandiciis agendum: neq; præſentibus extraneis iurgandum. Illud quippe uæcordiam: iſtud ueſaniam ſignificare. famulū uino hilarem non puniendum: uideri enim id dementis eſſe: uxorem ſibi parem eligendam. Nam ſi clariorē te duxeris inquit: affines dominos habebis: iurgantibus non inſultandum: inimicos quippe ex ea irriſione fieri: dū ſecunda fortūa arridet ſupbire noli. aduerſa perſtrepēte noli frangi: fortunæ mutatiōes fortiter